segregaret. Aut ideo est nomen inue
nitur in rerum natura nomen quod omni
no careat casu. uel certe propterea
ut suspicor est ut diligenter adten
das huic soli tantum parti natura
liter accidit casus. Nam participi
um non a se habet. sed ut donatus
ait. a nomine accipit genera et
casus. Pronomen autem et aristo
telici qui duas tantum esse dixerunt
partes orationis. Idest nomen et
uerbum. et stoici qui quinque et
omnes fere grammatici partem esse nominis
partem consenserunt. In tantum
ut nec suum sed nominis gerat offi
cium. Nec a se habeat proprium.
sed a nomine suum contrahat nomen.
Ergo recte cuius pars esse probatur.
illius nec esse est ut habeat casum.
Et ideo dici sola possit nominum
pars orationis cum casu. et non alteri
parti. sed isti soli naturaliter tantum
accidit ut habeat casum. Cur
dicatur nomen corporis aut rei proprie co
muniter ue significans. VII.

In hac breui diffinitione totius mun
di nomina corporalia et incorporalia.
propria et appellatiua conuictim strictim
que comprehendit. In eo quod dixit
corpus. corporalia nomina intellige
dicta. ut est caelum. terra. ignis. aqua.
et cetera corporea. In eo quod subiun
xit rem. incorporalia nomina intelli
ge dicta. ut est caritas. gaudium.
pax. longanimitas. bonitas. benig
nitas. et cetera incorporalia. In eo
quod dicit proprie communiter ue. proprium

unicuiusque nomen quo uocatur ostendit.
et appellatiuum quo generaliter appellatur
insinuat. Exempli gratia. si di
cas michael. adam. eua. abraham. isaias.
salomon. petrus. augustinus. uirgilius.
roma tiberis propria sunt. si uero de isdem
ipsis dixis angelus. homo. mulier.
patriarcha. propheta. rex. apostolus. doctor.
poeta. ciuitas. fluuius. communia
sunt. Commune enim nomen dicitur
non quo unusquisque propria singillatimque
uocatur. sed quo cum ceteris generaliter appel
latur. Incipit de qualitate nominis.

Incipiunt capitula.

I. Cur dicatur qualitas
II. De proprii et appellatiui nomi
nis diuisione.
III. De quattuor principalium diui
sione nominum appellatiuorum.
IIII. De diuisione corporearum et
incorporearum rerum.
V. De diuisione animalium et inani
malium rerum.
VI. De generalibus et specialibus nominibus.
VII. De primitiuis et diriuatiuis.
VIII. De diminutiuis et quasi diminutiuis.
VIIII. De omonimis et sinonimis.
X. De patronomicis et possessiuis.
XI. De medie significationis.
XII. De qualitatis.
XIII. De gentis et patrie.
XIIII. De numeris et ordinis.
XV. De alia ad aliquid dicta. et ali
a ad aliquid qualiter se habentia.
XVI. Inter uerbalia et participialia
XVII. Inter uerbis similia et parti
cipiis similia.

Stadtbibliothek BERN